

gregantium in nomine tuo mediatorum esse pollicetur et dicens: ubi duo uel tres congregati fuerint in nomine meo in medio eorum ibi sum. suppliciter deprecamur. ut per intercessionem beatae genetricis tuae mariae. et beatorum apostolorum. martyrum. confessorum. uirginum. et omnium sanctorum tuorum preces nostras licet indignas quas mente deuota effundimus coram te pro fratribus et sororibus nostris qui nostrum in christo communiuoni adiuncti sunt. et quorum nomina scripta habemus. et quorum elemosinas ab initio suscepimus. et quorum elemosinis cotidie perfruimur. clementer exaudias atque respicias. quatinus eos post istam corruptibilem et transitoriam uitam in eternum regnum tuum uocare inter gregem electorum tuorum benigne digneris suscipere. uel etiam in numero sanctorum tuorum tibi placitum facias tua pietate perpetualiter asseribi. Ipsis domine et omnibus tibi domino propitio famulantibus. seu in christo qui esentibus da propitius ueniam peccatorum. in uitam aeternam. amen. Tu domine pater clementissime et benignissime. dignare cognoscere nomina eorum. O domine magne et misericors et exaudibilis. mei indigni famuli tui una cum eis memorare digneris. qui in unitate et trinitate uiuis et regnas in sanctorum secula. amen.